



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Distributiuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

simplicitus, p simpliciter. Sescuplex, id est uno minus q̄ duplex, ait Regius in Fabium.

## Arius a, um.

In arius a. um. sic eunt unarius, binarius, ternarius, quaternarius, senarius, septenarius, octonari<sup>9</sup>, nouenarius, denarius, undenari<sup>9</sup> &c. uicenarius, trigenarius, uel tricenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius, septuagenarius, octogenarius, nonagenarius, centenarius, ducētenarius &c. millenarius, hęc significāt numerū aliarum rerū quę non numerātur, ueluti lapis centenarius, id est cētū librarū, sic in alijs mensuratis, homo quadragenarius, i. quadraginta annorū, sic in similibus. Grex centenarius, id est centū capitū, sic in similibus. Centenariū numerū annorū, quia numerus omnia cōpletur, non dices millenariū annū, nec millenaria pondo &c.

## Distributiuus.

Distributiuus numerus qui etiā dicitur diuiduus, est qui pluribus alijs quid diuidit, ut dedi discipulis bina poma, id est cuiq; discipuloꝝ dedi duo, diuidua etiā dicuntur partitiua, ut quisq; aliq; &c. Numeri ergo distributiuī sic eunt, singuli lę, la, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, deniterni, deniquaterni &c. uiceni, triceni, q̄drageni, q̄nq̄geni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, cēteni, ducēteni, trecēteni, q̄dringēteni, q̄ngēteni, sexcēteni, septingeni, octingeni, nōgeni, milleni. Hi nūeri in ppria significatiōe distribuūt, & p signa uniuersalia declarāt, ut singuli cuiq; unū bini cuiq; duo &c. ut ad Ioānē & Petrū dedi ternas eplās, i. ad utrūq; tres. poetę abutuntur his pro cardinalibus, & alijs quoq; sed rarius. Virgi. Gurgite septeno rapidus mare sūmouet amnis, i. septē gurgitibus. Idem. Per duodena regit mūdi sol aureus astra, i. p duodecim astra. Pli. Septuageno coitu dixit p septuaginta coitibus, & patet ex dictis habere aliquādo singularē numerū, quod tamē raro fit, & oīno improprie, ut docuit Martia. Capella, quę sequūtur Nebrissen. & Lancilot. Ego ut plures alijs, in carmine sepe posui casus ternus, p tertius casus. De ppria significatiōe, ut creabantur olim bini consules, i. singulis annis duo. Est tamē ubi, p cardinalibus capiunt sine uitio in genere quouis orōnis, ut si substātiua quibus adduntur, numero singulari careāt, quibus numerus cardinalis addi nō pōt & pluraliter illis etiā addit vni, vnæ, vna, ut vnę, binæ, ternę &c. nuptiæ scalæ, scopæ, litteræ, pro epistola. Cato tñ dixit duas scalas, quia scala singulariter plærūq; legitur, sed pro mobili, littera pro epistola poetiū est. Ouid. Quā legis a rapta Briseide littera venit, codicilli aus

thore Valla, licet inusitate codicillus dixerit Iustinianus. Idem est si  
 singulare est diuersi generis, vt bing, deliciae, epulæ, nūding, duos tñ  
 liberos recte d. eris, quia singulariter reptum est, & subaudiū filius  
 si dicas, quorū vnus &c. Et nequeunt certe numeri iam dicti in sin  
 gulari carētib, pprie capi propter ambiguitatē, ideo nō dicam,  
 dedi ad te & petrū binas litteras, pro cuiq; duas epistolas, sed dicā  
 binas epistolas. Itē dicā binas litteras, quarū alteras non autē alterā.  
 quia intelligi deberet litterā, quod fieri nō potest in soluta oratione.  
 Salust. in Catil. Hi postea q̄ in vna mœnia cōuenere. Idem in Iug.  
 Vbi vnæ & alterę scalę cōminutæ sunt. Et. ff. de damno infecto. l. si  
 ædibus. Et si vnas ædes cōmunes, Baptista pius in Plautū deridet.  
 dicētes ædes pro domibus singulari carere, de quo videbis in hete  
 roclitīs. Tricenū & vicensū g in c mutauere. Trecenū etiā pro tres  
 centenū dicimus per syncopā, quæ locum habet supra centū, infra  
 vero nō, in hoc genere numeroꝝ sic. duceni, quadringeni, quingē  
 ni, sexceni septingeni, octingeni, nongeni per syncopam recte dicū  
 tur, etiam in prola pro octingenti, septingenti, &c. cēteni & mil  
 leni non syncopant. Trino libello pro tribus libellis dixit Diomes  
 des, sed trinus. vnde trinitas, est in raro doctūssimoꝝ vsu. Male cres  
 dūt legulei bina significare quattuor, dena viginti &c. Itē bini, nō au  
 tē bini & bini, vt triuiales loquunt, quoteni, nē, na. pro quot iuenit  
 apud doctūssimos. Col. li. vi. capite. ij. quodena semina iugerū in ter  
 nos pedes, inde in denos pedes disposita recipiat. Ibi quodena pro  
 quot accipi docet, q̄a in ipsa narratiōe quū descripsit locum dicit,  
 quæro quot seminibus opus sit quū quinū pedū spacia inter semi  
 na desyderant. Nota quinum pro quinquorū, & in fine ait. Totidem  
 dices esse opus seminibus. Cic. ad atticū li. xij. In ripa nescio q̄tenoꝝ  
 rū iugeꝝ vt certa precia cōstitueret. i. quot. Sic etiā Stati⁹ in Syluis  
 Lāpade nouena. i. nouē. Non ideo legent triuiales tale exemplum  
 quale est, boues arant bini, quoteni equi. Dicā quod legi dictum a  
 Plotio. Non licet grāmatico se verborū authorē facere, si quidem  
 alienis verbis illum glossulas facere professio cogit, & illud recitas  
 tum ab Aulo Gel. & Macrobio. Inauditū verbū tanq̄ scopulum  
 fugiendū esse. Totenus, quotennis, totennis, & id genus plurima a  
 Prisciano sine autoritate, vel abs triuialibus effusa sunt omnino, vt  
 inaudita doctūssimis fugiēda. hęc de quotenus Lanciloti sunt.

#### Aduerbialis.

Aduerbialis numerus est aduerbiū numerale, ut semel, bis, ter, qua  
 ter, quinquies, sexies, septies, octies, nouies cum u littera, non cum n,